

Q.N. 520, 28

B. M. II, 45

IIa
787
(X 18596 86)

GEORGI HENRICI GOETZI,
P. & Superint. Annæmontani,

PRINCEPS HE-
BRAICE DOCTUS,
Juventuti Scholasticæ
PRIMÆ CLASSIS,

In Lyceo Annæbergenfi,
Studiis operanti,

ad imitandum
propositus.



LIPSIÆ,

Typis JO. CHR. BRANDENBURGERI.

167 N. 520.

R12





A. & Ω.

§. I.

Studium Linguae Sanctae quam plurimos habuit Sectatores, qui, varia eruditione instructi, illius decus ornare ac tueri sategerunt. (a) Nam *Gallia* non solum aluit Viros, in hoc doctrinae genere exercitatissimos, à *Paulo Colomesio* (b) enumeratos, sed etiam *Germania* nostra Orientalis eruditionis veneratur Præsides & Statores, ut summo jure illis superbire, ac reliquis nationibus palmam, si non omni ex parte prærípere, dubiam tamen

A 2

(a) Chronologiam præcipuorum Doctorum Sanctioris Linguae ab initio mundi ad sua usque tempora dedit *M. Theodorus Ebertus*, in Academia Viadrina LL. Orient. Prof. Ord. *Francof. 1620*, quæ ως ἐν ἐπιτομῇ Virorum literis hisce egregie tinctorum syllabum exhibet. (b) *Paulus Colomesius*, *Rupellensis*, præclarum Eruditorum Decus, edidit *Galliam Orientalem*, s. *Gallorum*, qui Linguam Hebraeam vel alias Orientales excoluerunt, *Vitas*, *Hage Comitibus 1665*. Inscrisit hoc opus *D. Sam. Bocharto*, atque ejus rei causa eruditis impense placere coepit. Sed additiones, quas paravit, *Gallia* hac multo spissiores esse clarissimus Polyhistor, *Gothofredus Thomasius* refert ap. *M. Meelführerum* in *Prodromi Germaniae Orient. Praef.* Eas vero huc usque orbem eruditum fugisse constat, quemadmodum Eiusdem Colomesii *Italia*, *Anglia*, *Germania superior & inferior*, *Orientales*, in scriniis adhuc latitant, atque desiderantur.

tamen quodammodo facere, possit. (c) Negari equidem non debet, haud raro unum aut alterum deprehendi, qui Veneres hasce amplexari detrectet, & nescio quo odio

(c) Si per fata licuisset magno & incomparabili Polyhistori, *Dan-Georgio Morhofio*, optarent omnes, quotquot literarum tenentur amore, ut *Dissertatio* Ejus, quam *de Germanorum meritis in Rem literariam*, affectam habuit, & cujus Fragmentum inter *Dissertationes* ejus *Hamburgi, 1699.* junctim editas p. 612. reperitur, integra lucem publicam vidisset, quo exterorum, Gallorum praesertim, Germaniae insultantium, animi deprimerentur, atque decus illud, quod Germani virtute & doctrina sibi pararunt, conservaretur. Vices tamen ejus aliqua ex parte explevit *Job. Fried. Cramerus*, in *Vindiciis Nominis Germanici, Amstel. 1694.* cum quibus conferri merentur *Meditationes Academicae, Rostochii 1698.* propositae *de Germania Artibus Literisque nulli secunda, à M. Bernhardo Petro Carl.* Nec praeter mittenda est *Dissertatio* peregregia *Doctissimi Juvenis, M. Job. Casp. Laescheri, Wittebergensium Praesulis gravissimi Filii* haud degeneris, quam amore in Germanos pertractus *de Meritis Germanorum in Graecas literas. A. 1697. in Acad. Witteb.* conscripsit, ac sub Moderamine celeberrimi *Schurzfleischii* publice proposuit. Dum vero haud raro Germani quoad *Literas Orientales* iniquos experti sunt *Judices*, suo se satisfactorum officio credidit excellenter doctus *Juvenis M. Rudolphus Martinus Meelführerus*, ex clarorum *Meelführerorum*, quos *Franconia* protulit, familia satus, si eos à conviciis liberaret, atque publico scripto cumulate planum faceret, invidendam laudem hosce esse consecutos. Quapropter non solum *Prodromum Germaniae Orientalis in Acad. Altdorfinae 1698.* emisit, sed etiam nunc in eo totus est, ut *Syntagma Germaniae Orientalis* edat, inque illo *Viros* scientia *Hebraea* excellenter praeditos commemoret. Id quod, ut propediem fiat, eruditus mecum orbis vovet, Autorique laboriosissimo inconcussas corporis vires apprecatur. Haud exiguam enim spem fecit *Accessionibus suis ad Theod. Jansonii ab Almeloveen Bibliothecam promissam & latentem, ut & Observationibus ex historia Hebraeorum literaria de Talmudis Versionibus, & Meritis Hebraeorum in Rem Litera-*

odio ductus, eas aspernari soleat; Verum illi, qui literis sacris pretium suum statuere didicerunt, aliter edocti eas merito suo depereunt, atque summis extollunt laudibus (d) Invenimus itaque non solum rerum Theologicarum gnaros, qui Hebræas exacte didicerunt literas, atque in explanandis Scripturæ S. oraculis laudabilem impendunt operam, sed etiam Politicorum, Istorum puta, Medicorum, & Philosophorum, Ordo inclytos sistit Doctores, à notitia rerum Orientalium valde commendandos (e) Hisce adjungimus *Principes*, qui

A 3

ad

riam, Witteb. 1699. nec non binis Disputat. Philologicis de Jesu in Talmude, seu de iis locis, in quibus per Talmudicas Pandectas Jesu cujusdam mentio injicitur; in Acad. Altdorfina 1699. ventil. fore, ut omni ex parte perfecta & polita exhibeat, ac semet ipsum superet.

(d) Quænam fata Eruditionem Orientalem exceperint, peculiari eoque erudito Schediasmate, *de Fatis Orientalis Eruditionis, in Acad. Witteb. 1700. scripto, ivit ostensum Clarissimus M. Rudolphus Martinus Meelführerus, quod per totum consulatur.*

(e) Dedit *M. Christoph. Grasius, Sulza-Thuringus Philologus eximius, & Scholæ Altenb. quondam Con-Rector, Politicum Orientalem, Notis Historico-Philologicis, quibus R. Mosi Majmonidis Epistolam de Falso Messia illustravit, ad τὸν πᾶν Jobum Ludolfum scriptum, & Altenburgi 1679. impressum, in quo ordine Alphabetico Viros Illustres, JCtos, Medicos & Philosophos, enumerat, qui Linguas Orientales habuerunt cognitatas. Hos inter seculi ornamenta referendos esse, æmulis suis ac successoribus carituros, ecquis non videt, ingemiscit? Historiam Medicorum Orientalium summum illum Medicum, Georgium Hieronymum Velschium, elaborasse, clarissimus Polyhistor Meibomius in *Additamentis ad Vogleri Introd. p. 181. meminit, sed neque illa hucusque prodiit, neque Job. Heinrici Meibomii Opus de Vitis Medicorum, à laudato Meibomio, Filio, promissum, lucem publicam adspexit. Medicis Orientali literatura conspicuis addendus est M. Gabriel!**

ad gubernacula reipublicæ fuerunt admoti, atque his deliciis animum olim recrearunt suum, de quibus in gratiam pubis nostræ scholasticæ, quædam proferre in medium constituimus.

§. 2. Acturi autem *de Principibus*, (seu Imperatoribus, Electoribus & Ducibus, illustri loco natis, ac Respubl. administrantibus,) *Hebrææ lingue* (cui & Arabicam & reliquas Orientales addimus) *peritis*, nolumus nunc neque de ipsa *Hebræa lingua* in genere quædam edisserere, quippe quam omnium primam & antiquissimam esse egregie probatum iverunt Viri eruditissimi, (f) neque *Principes græce doctos* sistere animus est, ad

Reusselius, Malchino-Mecklenburgicus, qui in *Acad. Jenensi* duce Johanne Frischmuthio linguis orientalibus egregiam navavit operam, atque in Hebraicis, Arabicis, Æthiopicis & Syriacis insignes fecit progressus, sed in ipso studiorum flore *Lipsiæ A. 1684.* mortalitatem deposuit. Edidit *Jenæ A. 1680. Miscellanea Philologica*, eaque Præceptori suo *Illustri* puta *Wedelio* inscripsit. Num ea, quæ de *Balsamo Mosaico* meditatus est, prodierint, nesci sumus.

(f) Conferantur eruditissimæ dissertationes *Joh. Buxtorfii, Jun. Viri* in his literis ad miraculum versatissimi, *de Lingua Hebrææ Origine & Antiquitate, Ejusque Consecratione & Propagatione*, quæ cum reliquis *Basileæ 1662.* prodierunt, & laudem sanctæ hujus linguae masculcule tuentur. Quibus jungi merentur *Abraham Vander Mylius* in pec. *Tract. de Lingua Belgica, Lugd. Bat. 1612.* edito, *Cap. II. p. 15. seqq.* & summe Reverendus *Dn. D. Jo. Dieckmannus* in pec. *scripto de Lingua Primi genia Ebræa*, quod *Stadæ 1682.* impressum est. Novissime contra primævam *Literaturæ Hebrææ dignitatem* insurrexit *Joh. Clericus, Batavus*, quem varia scripta *Exegetico-Critica*, *Eruditis non ignota*, caute tamen legenda, (prout vel ex unici *Joh. Henrici Maji, Doctoris & Professoris Giessensis* maxime industrii, *Introductione ad studium Philologicum, Criticum & Exege*

ad quorum classē *Carolus M. (g) Eduardum, Regem Angli-*

ticum, liquet) clarum fecere, sed rationes Ejus Lapidem Lydium haud sustinent, ideo illum eruditorum modestum examen inire oportuit. Vid. *pec. Dissertatio adversus Joh. Clericum hanc de re in Acad. Witteb. Ao. 1700.* scripta à *M. Paulo Bergero*, nec non *M. Job. Phil. Odelemi, de Lingua sancta, §. 8. sq. Lips. 1700.* & quæ *M. Gothofredus Coblreif, in Acad. Kilon. 1700. de Hebraista Polyhistore, §. 3. monuit.*

(g) Quamvis non ad summam græcæ linguæ notitiam perveneris *Carolus M.* tamen nec illius prorsus expers fuit. Sequentia ergo, quæ *Dav. Chyræus in Chron. Saxon. p. 83.* annotavit, huc transferre placet: *Instituit Carolus Osnabruga, ut in Collegio assidui lectores Græcæ & latinæ linguæ essent. Vidi enim exemplum literarum foundationis, ut vocant, quas Ecclesiæ Osnabrugensi Carolus dedit. Fuerunt igitur à piis & sapientibus monarchis instituta sacerdotum Collegia, & episcopis addita, non ut in luxu & voluptatibus obscænis viventes, perpetua orgia celebrarent, sed ut veræ de Deo doctrinæ possessionem retinerent, & literas, linguas, & artes Ecclesiæ & Reipl. necessarias docerent & propogarent. Ac eodem tempore, quo Osnabruga ecclesiam Carolus condidit, scribunt, venisse ad eum legationem ab imperatore Græcorum, ubi magno redemisset, facultatem græcæ docti sibi præberi, qui legatis græcæ respondere, & cum iis sine interprete sermonem conferre potuisset. Ipse enim Carolus, etsi ab *Alcuino* Præceptore suo græcæ literas didicerat, & mediocriter intelligebat, tamen loqui non solebat. Hac occasione scribunt commonefactum *Carolus*, quantopere etiam in *Republ. & principum negotiis* hujus linguæ cognitione opus sit: curam colendi & conservandi græcæ linguæ studia, tunc collegio Osnabrugensi simul commendasse. Huic proximum esse volumus *Ottone* secundum, de quo sequentia ap. *Thom. Lansium in Consult. p. 45.* extant: Ille felicissimo *Martis & Artis* conjugio maximus, hoc ex re literaria tulit beneficium; ut *Romanorum & Beneventanorum fugacium* culpa in Italia à *Græcis* victus, & in fuga à nautis interceptus, quia se militem gregarium simulabat, & eadem felicitate linguam Græcæ, qua suam loquebatur, lytro persoluto incolumis nec agnitus evaserit.*

Angliæ, (h) atque *Elisabetham*, ejusdem Angliæ Regi-
nam, immortalis gloriæ, (i) ut alios non attingamus,
spectare novimus; Quemadmodum etiam Nobiles, Orien-

(h) *Eduardum VI.* Regem Angliæ à Græcæ linguæ peritia commendat
Jacobus Montacutius, Episcopus Vintoniensis, in *Prefat. Opp. Jacobi I.*
Regis Angl. verbis in sequentibus: *Eduardus sextus in tanta vite brevi-*
tate, qua eximias animi dotes mundo explicare non potuit, historiam
tamen sui temporis scripsit & tractatus tres lingua Gallica, de fide,
de idololatria seu maginum cultu, & de Papæ primatu, quos Duci
Somersetensi avunculo suo inscripsit. Epistolas & Orationes Græ-
cas Latinasque varias conscripsit, in bibliotheca Regia superstites,
quas eruditus fidusque bibliothecæ Regiæ curator Patricius Junius
Regia autoris manu conscriptas mihi monstravit.

(i) *Elisabetham*, Angliæ Reginam, virtutes & facta vetant mori. Bre-
vi recensu ea complexus est *Jac. Thomafius*, in *Differt. pecul. de*
Elisabetha, Angliæ Regina, quam in *Acad. Lips. A. 1674.* publice ex-
hibuit, coll. *M. Joh. Sauerbrey Differt. 2. de Fœminarum Eruditio-*
ne, Lips. 1671. Catalogi S. 2. Th. Lansii Orat. pro Gallia, p. 235. Su-
pra laudatus *Jacobus Montacutius, l. c.* diffusam ejus eruditionem
nequaquam silentio involvendam esse judicavit, quapropter in hæc
erupit verba: *Regina nostra, beatæ memoriæ Elisabetha, preces Ca-*
tharina Regina transtulit in Latinam Linguam, Gallicamque & Ita-
licam. Centuriam sententiarum à se collectam, & triplici similitèr
idiomate scriptam, patri inscripsit. Translatum audiui Salustium,
non vidi. (Eam vero *Salustium*, ut & *Boethii Libros de Conso-*
latione, nec non maximam partem *Horatii de Arte Poëtica*, ut &
Plutarchi librum de Curiositate in linguam Anglicam transtulisse
Guil. Cambdenus in Annal. Rer. Belg. p. 653. & 776. autor est.)
At in recenti sunt memoria Orationes ejus Latine in utraque Acade-
mia: responsa, quæ variarum gentium Legatis non uno reddidit idio-
mate: & orationes habitæ in regni Comitibus, ab interitu typis asser-
tæ. Sed neque Græcarum literarum ignora fuit, prout *Autores*
supra nominati monuerunt. Adde *Chr. Matthiæ Theatr. Histor.*
p. 1141. & *G. J. Vossii Epistol. P. I. p. 15.* Huic *Elisabethæ* adhuc aliam

Orientalis, è quibus *Bernhardus à Ziegler* (k) *Johannes ab Einsiedel* (l) ac *Petrus Wellerus à Molsdorf*, (m) laudandi sunt, prætereundos esse judicamus, ne à scopo nostro plus justo abire videamur. Prodeant ergo Principes

B

utrius-

jungimus, *Elisabetham* puta *Palatinam*, quæ postea *Abbatissa Herfordiensis* facta est, de qua egregia habet *Joh. Henr. Hottingerus* in *Dedic. Histor. suæ Eccles. P. V. f. sec. XVI.* eandemque ob græcæ linguæ peritiam dignis modis concelebrat. *Non repetam, Serenissima atque Celsissima Princeps, quæ alii jam magno Tuo merito, de excellentissimi & incomparabilis ingenii Tui sagacitate, Judicii à næp-
sica stupenda, studio linguarum Latina, Græcæ, Gallicæ, Italicæ, Hispanicæ indefesso; Historiarum lectione, presenti semper & attento animo suscepta; controversiarum examine rigido, scripserunt & re-
tulerunt.*

(k) Hic illustri loco natus Hebraicarum literarum callentissimus fuit, easdemque in Acad. Lips. publice docuit. Vid. *P. Albinus* in *Der Meißnischen Land, Chronica Tit. XXV. p. 382. sq.* ac *Schediasma Historicum de Nobilitate Misniæ Literata*, quod Moderatore celeb. *D. Ad. Rechenbergio* in Acad. Lips. 1694. prodiit, *Sect. II. §. 36.* Lutherum hunc impense amasse Illustr. *Seckendorffius* in amplissimo opere *de Lutheranism* Lib. III. p. 460. 464. refert. Conferatur ipse *Lutherus Comment. in Genesin p. 725. b.*

(l) *Johannes ab Einsiedel* è domo *Gnandstein* ita has literas imbiberat, ut *Johannes Ebraus* fuerit dictus, atque ex *Psalterio Hebraico*, cum *Thermis Carolinis* aliquando valetudinis suæ gratia uteretur, non sine admiratione *Petri Vincentii* preces suas desumpserit. Conf. *P. Albin. l. c. p. 348. all. Schediasma §. 10.* *Græfius in Politico Orientali lit. E.*

(m) Frater fuit celeberrimi *Freibergensium Theologi, D. Hieronymi Welleri*, cujus pectus hebræis literis imbutum laudant scriptores in *all. Schediasm. Sect. III. §. 54.* & *M. Christ. Frieder. Læmmelius* in *Historia Welleriana p. 46.*

utriusque sexus, quibus Hebraica Lingua, in linguam
puta eruditorum jamjam versa, vernacula esse desiit, (n)
& cujus notitiam multo studio atque labore sibi acqui-
siverunt.

§. 3. Ad antiquiores referendus esset *Mithrida-
tes, Rex Ponti*, qui duarum & viginti gentium linguas
tenuit, atque locutus est. (o) Verum, quia cum ignarif-
simis

(n) Dum igitur eos scripto hoc complecti animus est, quos Lin-
guam Hebraicam arte & diligentia addiscere oportuit, nemo no-
bis vitio vertet, quod Reges Judaicæ gentis, quibus Lingua Orien-
talis vernacula fuit, silentio in præsentiarum prætermittamus.
Quemadmodum enim exigua laus esset, si Principes Germanos aut
Gallos à Linguæ Germanicæ & Gallicæ peritia commendarem;
ita etiam insanos nos quis crederet, si Reges illos, ut Hebraice do-
ctos, sisteremus nunc, ac prolixè dilaudarem.

(o) Probamus hoc disertis Autorum testimoniis. Primo *Plinii Na-
tural. Hist. Lib. XXIV. p. m. 42. edit. Paris. T. II.* hunc in modum
scribentis: *Mithridates duarum & viginti gentium Rex, totidem
linguis jura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus.* Et
iterum *Lib. XXV. cap. III. p. 375. T. V. opp.* *Illum solum mortalium
viginti duabus linguis locutum certum est, nec de subjectis gentibus ul-
lum hominem per interpretem appellatum ab eo annis LVI. quibus
regnavit.* Deinde quoque *Gellii*, (quævis & ille videatur *Plini-
um* exscripsisse, uti Interpretes doctissimi, *Thysius & Oiselius in
b. l.* autumant) cujus verba *Noct. Attic. Lib. XVII. p. 974. sq.* ita
fluunt: *Mithridates Ponti atque Bitbynia Rex inclutus, qui à Cn.
Pompejo bello superatus est, duarum & viginti gentium, quas sub di-
tione habuit, linguas percalluit: earumque omnium gentium viris
haud unquam per interpretem collocutus est: sed ut quemque ab eo
appellari usus fuit, proinde lingua & oratione ipsius, non minus scite,
quam si gentilis ejus esset, locutus est.* Plura de hoc dabunt *Joh. Jac.
Hoffmannus in Lex. Univers. T. I. p. 1044.* & *Loel, Bisciola in Ho-
rar. Subseciv. T. I. Lib. II, cap. V. p. 98. sq.* nec non *D. Joh. Chri.*

simis scimus, num ad has Lingua *Cananea* (p) quoque pertineat, ideoque nolumus libere affirmare, Eum hujus fuisse gnarum, nemini interim dicam scribentes, si probaverit, *Mithridatem* inter Principes nostros hebraice doctos locum pariter suum obtinere.

§. 4. *Friedericus II.* Imperator Romanus, ex *Henrico VI.* Imperatore & *Constantia* Regis *Siciliae* filia natus, primo loco commemorandus est, quippe qui Linguam *Græcam*, *Saracenicam* & *Arabicam* calluisse non minus quam singulari amore complexus esse dicitur, eoque nomine à scriptoribus *Historiarum* valde celebratur. *Multarum linguarum peritus*, verba *Joh. Cuspiniani de Caesaribus* p. 419. sunt, ac simul eruditus, *Latinam*, *Græcam*, *Saracenicam*, *Gallicam* & *Germanicam* linguas optime callens. Quicquid enim otii nactus fuerat, id lectioni librorum suffurabatur. Libros multos ex *Græco* & ex *Arabico* *Latinos* fieri curavit, inter quos & *Aristotelis* volumina fuerunt, & multa *Medicorum*. Idem verbis *Joh. Aventini* repetit *M. Zuerius Boxhornius in Histor. Univers.* p. 779. Idem *Friedericus* libros *Aristotelis* omnes, pleraque alia in *sacris*, *profanis literis*, universam supellectilem *Philosophiae* ex *Græco* atque *Arabico* sermone, per interpretes doctissimos vertendam curavit; *Academiis* legendam exhibuit. Quibus rebus se à teneris unguiculis oblectatum fuisse perfitetur. Nec dissentit *Joh. Carionis Chronicon* p. 517. nostrum præclare admodum describens: *Ingenio tanto fuit, ut præter*

B 2

patri-

stoph. Becmannus in pec. Commentatione, de Jure Idiomatis, Francof. 1688. Cap. I. §. V. p. 10.

(p) Voceatur Lingua sancta *Cananea*, non à *Cananæis*, sed à *Judæis*, qui illorum terram occuparunt, Vid. *M. Odelem Dissert. cit. §. VII.*

patrias linguas Germanicam & Italicam didicerit exactissime plurimas alias, Latinam, Grecam, Saracenicam, Francicam, & in singulis Philosophiæ partibus non tantum rudimenta prima degustaverit, sed fontes ipsos introspexerit atque exhausserit.
 - - *Multa ex Græco & Saracenco traduci in latinam linguam curavit, quæ restitutionem veræ ac purioris Philosophiæ adjuvarent, ex Aristotele, Ptolemaeo, Galeno, Avicenna & aliis, ita ut vel unius Friderici Secundi beneficio, Physica, Medica & Mathematica studia in occidente revixerint, quæ inde usque ab irruptionibus Gothicis & Vandalicis neglecta jacuerant.*
Hunc ergo Imperatorem aliis in exemplum proponendum esse censuit Thomas Lanfius in Consultat. p. 46. hunc in modum de eo differens: Quid Fridericus Secundus? Ille b nis literis excultus, & literatorum familiaritate semper usus; Germanice insuper, Latine, Græce, Italice, Gallice & Saracenice doctus; præcipuam paravit inde famam, quod Aristotelis Opera ex Græco & Arabico in Latinum transferri sermonem, & eadem Bononiensi Academiæ dono missa publice legi curaverit. Meminit D. P. Müllerus in Præfidiis Domus Illustris cap. I. Pos. VI. p. 12. hunc quoque Hebraice locutum esse, de quo alii dijudicent. Eum vero, quamvis Arabicarum literarum non fuerit hospes, autorem famosissimi illius Libri de tribus Impostoribus esse, qui Arabice scriptus dicitur, (q) vix ac ne vix quidem probabitur (r)

§. 5. Ordi.

(q) mentionem ejusmodi MSSi libri facit Th. Crenius *Animadvers. Philol. & Histor. P. III. p. 95.* verba Marini Mersenni ex Epistola ad Florianum Crusium Medic. Doct. data adducens: *Jaçant etiam alium aliquando, Cracovia impressum de tribus Impostoribus, si videris illum. Est quidem apud nos similis manuscriptus, sed Arabice.*

(r) Conf. Gisb. Voëtius *P. II. Dissert. select. p. 246.* Chr. Kortholtus *de tribus Impostoribus p. 3.* D. G. Morhofii *Polybist. Lib. I. cap. VIII.*

§. 5. Ordine nunc sistendus esset Maximilianus II. Imp. de quo Christophorus Græfius in *Politico Orientalis lit.* M. confidenter nimis refert, Eum Orientalium Linguarum peritia gavisum esse: VIII. linguis, quarum dimidia pars Orientales respicit, sensa animi exprimere potuit. Scimus hoc ex Martini Zeileri scriptis passim. Verum rem longè gratissimam nobis fecisset Autor alias non indotus, ideo nec laude sua privandus, si ipsa loca ex Zeileri scriptis adduxisset, præprimis cum istius Historici fidem in quibusdam vacillare (s) non ignotum sit. Sane, quantum nobis ex lectione Historicorum innotuit, nemo tam disertis affirmavit verbis, Imperatorem hunc Linguae sanctæ peritia fuisse instructum, alias tamen Linguas ipsi cognitatas fuisse communi suffragio docetur. Ita vero Dav. Chytræus in *Orat.* p. 76. variarum linguarum notitiam in ipso celebrabat: *Noster Imperator Hispanos, Italos, Gallos, Germanos, Belgos, Bæmos, Pannonos, & latine loquentes, recte intelligebat, & singulorum linguas, perinde ac si nativæ essent, callebat.* Quod testimonium nobis eo charius est, quo gratior olim Imperatori gloriosissimo ipse Chytræus fuit, qui, nunquam, credo, tacuisset, si is Orientales pariter degustasset delicias. Hinc factum esse credimus, quod Th. Lansius *l.c.* p. 47. Eum *Europa Linguarum peritissimum*

B 3

appel-

p. 71. ac Val. Ernesti Lœscheri *Bibliotheca purpurata* §. 28. *Witteb.* 1698.

(s) De Zeileri præsertim Topographiis iudicium Vir exquisiti iudicii Henricus Meibomius, *Introduct.* in *Histor. Sax. Infer.* p. 55. dedit, quod etiam Sev. Walth. Slüterus *Propylao suo Histor.* *Christ.* p. 65. inseruit.

appellaverit. Nec à vero abluunt, quæ in *Historia Numismatum Romanorum Principum* (t) p. 5 6. e illo leguntur: *Doctus ac magnæ prudentiæ Vir fuit, nec non multarum Linguarum, scilicet Germanicæ, Latine, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Ungaricæ, atque Bohemicæ peritus. Quia ergo nullibi Hebraicæ Linguae mentio fit, ideoque religio nobis est, Eum Hebraicè Doctis adscribere.*

§. 6. Saxonia nostra *Augustum Electorem* veneratur, Ejusque pietatem in evolvendis Oraculis divinis ab ipso Spiritu S. Amanuensibus sacris in calamum dictatis in hunc usque diem dilaudandam esse rectissime arbitratur. Meretur ergo merito suo annumerari iis, qui literas Hebraicas legere didicerunt. Id quod *Matthæi Dresseri, D. ac Professoris Lipsiensis & Historici* non spernendi, testimonio *ex Chron. Saxon. fol. 727, edit. 1596, probatum dare constitutum est: Ist in allen Künsten so erfabren gewesen, daß er auch derselben Fundamenta erforschet und erkundiget hat. Endlich aber hat er in seinem Alter auch die Ebraische Sprache gelernet, damit er die Bibel in eigener Sprache, und die Sprüche oder Zeugniß der heiligen Schrift aus ihren eigenen Worten ergründen und verstehen möchte.* Hunc insecutus est *Henricus Anshelmus von Ziegler in Täglichen Schauspiel der Zeit p. 124. Eidem laudatissimo Electori Biblia Complutensia*

(t) Autor hujus libri est *Octavius de Strada à Rosperg, Civis Roman. Maximiliani & Rudolphi II. Cæsarum Nobilis Aulicus & Antiquarius. Cujus filius post Patris obitum librum hunc in Linguam Germanicam transtulit & in plurimis locis, quanquam infeliciter quandoque, auxit. Germanicus iste liber impressus est Francof. ad Moenum A, 1618.*

tensia (u) non ignota fuere, quæ D. Jac. Andreae Theologo edecumato, addita Inscriptione perquam gratiosa, dono dedit. Labet eandem ex Melch. Adami *Vit. Germ. Theol. p. 651.* excerpere atque heic loci exhibere, quo singulis de propensa Electoris in Theologum hunc ob præclaram operam, in conscribenda Formula Concordiæ præstitam, voluntate eo rectius constare possit.

D. O. M.

GRATIA

D.

AUGUSTUS, DUX SAXONIÆ,
S. ROM. IMPERII ARCHIMARSCHAL-
LUS ET ELECTOR,

LANDGRAVIUS THURINGIÆ, MARCHIOMISNIÆ,
ET BURGGRAVIUS MAGDEBURGI,

HÆC.

SACROSANCTA BIBLIA, SUMMO VIRO,
PIETATE, DOCTRINA ET VIRTUTE ORNATISSIMO,
D JACOBO ANDREÆ, S. THEOLOGIÆ DOCTORI CE-
LEBERRIMO,

DOCTRI-

(u) Ea vero Compluti, quæ Lusitaniæ Academia est, adornata sunt, cura atque impensis haud exiguis Francisci Ximenii, Archiepiscopi Toletani & Cardinalis, qui sexaginta ducatorum milia ut excuderentur, erogavit. Totum opus, quod A. 1515. primum prodiit, sex Tomis absolvitur, atque præter textum Ebraicum, Versionem Græcam, LXX. Vulgatam Latinam & Chaldaicam Onkelosii Paraphrasin exhibet. Novum autem Testamentum sine Spiritibus & accentibus cum versione Latina legitur. Vid. Briani Waltoni *Biblicus Apparatus p. 264.* Joh. Henr. Hottingerus *in Biblioth. Quadrip. p. 135.* Rich. Simonius *in Hist. Critic p. 129.* & Clarissimi Wilhelmi Ernesti Tentzelii *Diatriba Philologica de Bibliis Polyglottis Witteb. 1686. S. XI.*

DOCTRINÆ COELESTIS, AB ULTIMI HELIÆ,
 D. D. LUTHERI MORTE,
 IN HIS REGIONIBUS, AB HOMINIBUS LEVISSIMIS
 CORRUPTÆ,
 INSTAURATORI INTEGERRIMO,
 DE ECCLESIA CHRISTI OPTIME MERITO,
 OB GRATI ANIMI MEMORIAM SEMPITERNAM DO.
 NO DEDIT,
 ANNO S. M. D. LXXIX.
 ET MANU PROPRIA SUBIUNXIT
 ET SUBSCRIPSIT SEQUENTIA.
 TANDEM BONA CAUSA TRIUMPHAT.
 AUGUSTUS DUX SAXONIÆ ELECTOR.

§. 7. Ad Johannem Georgium II. Electorem Saxonia
 progredimur, de quo memoriæ proditum est, quod in-
 credibili studio literas Hebraicas discendi flagraverit,
 atque per integrum triennium M. Johannis Bobemi, Phi-
 lologi & Hebræi eximii, ac Rectoris Phrontisterii Dres-
 densis clarissimi, ductum secutus sit. Cujus rei testem
 laudamus supra laudatum Zieglerum hunc in modum
*l.c. p. 1007. scribentem: In Historiis, Genealogicis und Mathema-
 ticis stillete Er seine Curiosität vollkommen, und die Hebraische
 Sprache machte Er sich aus sonderbahrer Beliebung zur heili-
 gen Schrift wohl bekannt.* Idem monet B. Martinus
 Geierus in Præfat. *Comment. in Psalmos Dav. edit. Dresd.
 1668. in quarto.* (x) atque Electorem religiosissimum
 ob id

(x) Præfationes veteres in adornandis novis librorum editionibus
 haud raro negligenter omitti justas ob causas conquestus est Th.
 Crenius *Animadv. Philol. & Histor. P. I. p. 2. sq.* Idem dicen-
 dum est de dedicationibus librorum omissis, è quibus tamen haud
 raro non inutilia addisci possunt. Dolendum ergo est, in editione

ob id causæ posteris imitandum sistit. Et cum A. 1657. defuncto Patre Optimo Huic Cives Lipsienses homagium præstarent, *Elias Schneegas, Gotha. Thuringus*, votis ac congratulationibus Hebræa Lingua conceptis pietatem suam declarare annisus est. Sed nec in memor fuit manu- ctionis Bohemianæ Elector gloriosissimus, quapropter magnificis stipendiis Eum beavit, quæ nec silentio involuta fuere in *Conc. funebri à Socero nostro honoratissimo, B. M. Christiano Lucio, Proto-Ecclesiaste ad D. Crucis, Dresda A. 1676. habita p. 90.* hunc in modum celebrata: Und ist alhier nicht zu verschvveigen die höchst-rühmlichste Churfl. Gnade, Ihr. Churfl. Durchlaucht. Herzog Johann Georgen des Andern, &c, unsers gnädigsten Herrns, vvelcher in die 3. Jahr, als er in der Churprinzi. Dignität vvar, sich seiner Auffvvartung gnädigst gebrauchet, alle hohe vielfältige Churfl. Gnade Ihme ervviesen, und beschencket.

§. 8. Domus Anhaltina Principibus abundat piis ac doctis, è quibus *Georgium, Concionatorem illustrem*, Miraculum istud Germaniæ, adducere nunc placet. Quid vero hic in Lingua Sancta præstiterit, duum virorum clarissimorum, Philippi Melanchthonis ac Joachimi Camerarii, Soceri puta ac Generi, verbis edisserendum erit. Ille *P. III. Declamat. Select. p. 201.* (quem iisdem verbis usus Melch. Adami in *vitis Germ. Theol. p. 248.* insequitur) hæc habet: *Quia fontes in scriptis Prophetis & Apostolicis cognoscere cupiebat, addidit linguæ Græcæ & Hebrææ studium, tantumq; in Ebræa profecit, ut par esset in ea doctis interpre-*

C

tibus. Psalmorum Commentarii Geieriani, qui in folio prodiit, priorem dedicationem fuisse omissam. Num Amstelodamenses illam retinuerint, viderint alii, quibus ista Editio ad manus est.

tibus. Hic vero in *Narratione de Georgio* p. 45. §. XXI. edit Lips. 1696. sequentia refert: *Singularem Hebraicæ linguæ scientiam sibi paraverat studio suo.* Idem confirmat D. G. Major, in *Historia Georgii germanica*, quæ concionibus & scriptis Germanicis laudatissimi hujus Principis annexa legitur, p. 504. b. edit. 1577.

§. 9. Hunc excipit *Ludovicus Lineæ Conthenianæ* Conditor, ab Eruditione in *Lingua sancta* acquisita merito suo commendandus. Disserte vero tradit Marcus Frid. Wendelinus, *Gymnasii Servestani Rector*, in p. c. scripto apud D. Casp. Sagittarium in *Histor. Principum Anhaltinorum* p. 210. Eum hac in re fuisse exercitatum: *Ad tantas tam feliciter gestas gerendasque res, plurimum, præter vernaculam, linguarum, Latine, Italicæ, Gallicæ, & Hebraicæ accessit quoque peritia.*

§. 10. *Mauritium, Landgravium Hassiæ*, iisdem literis animum suum expolivisse, supra memoratus Græfius in *Politico Orientali* conjicit, dum meminit *Psalterii Davidici* ab ipso vario carminum genere latine redditi, atque hæc verba subdit; *quod sane absque L. Ebr. notitia vix fieri potuit.* Verum si hæc ita se haberent, utique mirandum esset, quod scriptores stupendam Ejus Eruditionem commemorantes, hanc laudis partem plane intactam reliquissent. Audiamus Thomam Lansium, Virum in his rebus excellenter versatum, & cujus *Orationes* varia prudentiæ ac Doctrinæ civilis sistunt argumenta, in *Consult.* p. 48. de Patre non minus quam Filio magnifice scribentem: *Mauritio Hassiæ Landgravio, quem exteri inter principes omnes, qui hoc tempore vivunt, ingenii opibus & excellentia doctrinarum habent parem? Pater Wilhelmus,*

helmus, aquila Astronomorum fuit, & velut alter Atlas, qui
 caelum humeris quasi suis sustinuit, sed filius Mauritius litera-
 rum belluo & gurgis est, πᾶσσοφίαν & scientiarum orbem ani-
 mo complexus: Musicus est: Poëta est: Orator est: Philosophus
 est: Jurisconsultus est: Theologus est: & quis non? Prin-
 cept immoderati adversum se imperii, & in omnia paratus.
 Nunquam verbi inopia subsistit; sed velocissimo cursu ac facilli-
 mo ad omnes res beata confluit oratio; & quo dicit, eodem scri-
 bit impetu: non illi de verbis in consilium venire necesse est.
 Utrisque & voce & stylo rerum potitur. Cui succedat Chri-
 stophorus Cellarius, celeberrimi nominis Polyhistor,
 in Oration. p. 531. ingenue de hoc judicans: Ex claris Mau-
 ritius superest Manricius Hassia Landgravius Princeps Graece,
 Latine, Hispanice, Gallice, Italice doctissimus, quem cum ipsis ma-
 gistris artium certasse & stilo quoque ac scribendis libris dedisse
 operam cognovimus. Quamquam vero ultra, quam concessum
 est principi, in studiis progressus fuit Hassorum Mauricius, ob id
 etiam à nonnullis reprehensus, qui existimant sufficere principis
 personæ, eruditionem in aliis amare & alere stipendiis, non au-
 tem se ipsum subtilitatibus scholarum immergere: tamen vel
 eo nomine laudandus est ille Mauricius, quod ingenii favit, scho-
 las estimavit, docentes stipendiis auxit, & ea omnia gessit, quæ
 statorem & patronum literarum decent. Nec famosissimus
 ille Belga, Daniel Eremita, qui mercede ad id conductus
 esse videtur, ut Imperatori Romano, Electoribus ac re-
 liquis Imperii Principibus calamo maledicentissimo æ-
 gre faciat, summam Eruditionem, (quamvis & non-
 nulla superaddat, quæ vero minime consentanea sunt,
 (2) reticere potuit: Credo captum varietate linguarum, qua

C 2

cum

(2) Itinerarium Germaniæ edidit hic Autor, inque illo animum su-
 um virulentissimum satis luculenter prodidit, quapropter amore

cum illo utebar, quarum ille studio impense tenetur, nam & Græce, & Latine exacte, Hispanice, Gallice, Italice novit, & invidiam quoque Mithridatis fama facit. Tacentibus ergo Viris doctissimis, quod Hebraicas literas didicerit Mauritius, nostrarum quoque erit partium, circumspicte & prudenter hisce de rebus differere. Non enim sufficere credimus, ut Syllabum Principum Hebraice Doctorum augeamus, sed ut vera ac minime dubia afferamus. Licet enim Psalterium Davidicum carmine latino expresserit, inde tamen colligi nequit, eum inter Hebraice peritos esse referendum.

§. II. Res vero magis expeditior est, si ad Philippum Hassia Landgravium, respiciamus. Hunc enim Joh. Schröderus, Med. Doct. & Reip. Mœno Francofurt. Physicus Ordinarius, in Pharmacopœje Medico-Chymice Lib. V. Class. IV. p. 339. vocat *Doctrina multivaria, lingvis exoticis, ut & Hebræa,*

veritatis compulsus Benedictus Hopferus, Philosoph. Moralis in Acad. Tubingensi Professor. *Stricturus Historico-Politicus* in illud dedit, quæ sub *Disputationis Academicæ* schemate in modo dicta Academia A. 1682. prodierunt, ac dignæ nobis visæ sunt, ut novæ Operum Dan, *Eremitæ* Editioni, quam, ut inaudivimus, *Amstelodamenses* parare meditantur, superadderentur, quo verum à falso eo rectius discerni posset. Laudabili enim studio plurima falsa esse, quæ commemoravit, detexit Autor Clarissimus, ac præpripis p. 39. 40. probatum ivit, Mauritionostro minime vitio esse vertendum, quod sacras meditationes instituerit, quamvis rectè & ad ravim usque negaverit, Eum sermones sacros de umbone publice habuisse. Hæc enim *κατασκοπία* nequaquam esset toleranda ac defendenda, Vid. D. Joh. Christoph. Pfaffii, Theologi Tübingensis, *Dissertatio Theologica de Ministerio Ecclesie* A. 1701. *habita*, p. II. ubi Autor program. ad disp. de Hæresi ansit crimen? modeste refutatur.

Hebraea, Astronomicisque observationibus propriis celeberrimum.

§. 12. Nec dissimilem laudem reportavit *Christianus Augustus, Comes Palatinus, Dux Bavariae*, à Medico illo notissimo, *F. M. B. ab Helmont in Dedic. Alphabeti vere Naturalis Hebraici*, (quod *Sulzbaci 1667. Typis Abrahami Lichtenhaleri* prodiit) hoc verborum ordine de ipso loquente: *Quia latere me non potest, inter praeclaras illas tantoque Principe vere dignas virtutes, quibus Serenitas Vestra, adcurante favore divino est praedita, non minimam quoque esse hanc, quod illi majoribus negotiis defatigata, non ulla carior sit voluptas atque recreatio alia, quam scrutari scripturas divinas earumque in lingua originaria uberrimos fontes.*

§. 13. *Seculum XI. commemorat Hermannum, vulgo Contractum dictum, Wolferadi Comitis Veringensis Filium, ob peritiam Arabicae Linguae laudandum, de quo Guil. Cave in Histor. Literar. P. I. p. 602. sequentia notat: Omnibus ejus membris Paralyti ita contractis, ut hinc inde deportaretur; studiis tamen adeo sedulo incubuit, ut aequales suos doctrina & ingenio facile superarit; quippe Latine, Graece & Arabice doctus; Theologiae, Historiae, Philosophiae, Astronomiae, Rhetoricae & Poëticae peritissimus. Add. G. J. Vossius de Historicis Latinis L. II. cap. XLIV. p. 370. sq. & Læscherus in Bibliotheca Purpurata Lit. H.*

§. 14. *Laurentius de Medices, cognomento Magnus ac Dux Hetruriae, Literarum Pater appellatur atque cum filio suo, Johanne, qui postea, cum sedem Pontificiam occupasset, Leo X. nominatus est, ac Lutheri nostri tempore vixit, à Graefio nostro Hebraeis accensetur. Qua in re quidem non adeo difficiles nos praebemus, praepri-*
mis

mis cum Hofmanno *in Lex. Univers. T. I. p. 896.* audiat *Eruditus & Eruditorum Mecœnas, ac Græcis exulibus asyllum, imo ipsi Reuchlino non ignotus fuerit atque ab hac inscriptione Operis sui de Arte Cabalistica magno honore affectus, Conf. Dn. Joh. Henricus Majus in vita Reuchlini p. 171. & Dn. Hardtius in Prodromo Ephemerid. Philol. p. 14. Idem Hofman. p. 905. Leonem X. salutat Eruditum, sed minus religiosum.* Sed accuratioribus tamen scriptoribus hæc expendenda relinquimus.

§. 15. Adhuc hodie literis Hebræo Rabbinicis egregiam operam navare perhibetur Illustrissimus Comes Schvazburgico-Sondershusanus, Dn. Güntherus, qui ejus rei ergo *Christiani Lebrechtii Felsii, Judæi conversi, privatam manuactionem sequitur.* Quamobrem ipse Felsius *Grammaticam suam Hebraicam, quam Sondershusæ. 1697. edi curavit, laudatissimo huic Comiti inscripsit, atque publice testatus est, delicias illas, quas Oriens habet, istum cepisse atque inebriasse.* Verba in *Dedic.* ita leguntur: *Experieris id ipsemet, Comes Illustrissime Dn. Günthere, ubi Lingue hujus sanctissime doctrinam, (quod laudabili conatu jam apud animum destinasti, ut scilicet omnigena Eruditionis jam per orbem decantatissime fastigio hanc quasi coronidem superimponas) propediem, me manuactione aggressus fueris.*

§. 16. Reliquos Comites, Georgium à Seyn, Comitem in *Witgenstein, Raymundum S. R. Imperii Comitem de Montecuculi, quorum clarissimus Græfius l. c. meminit, intactos relinquimus, si modo de Job. Pico Mirandulano, quem sec. XV. sibi tribuit, pauca quædam notata fuerint. Est vero is ex illustrissima familia prognatus, quæ apud Italos floret,*

ret, & olim Comitum nunc vero Principum axiomatice gaudet, atque Literarum Hebraicarum necnon Arabicarum notitiam mirandum in modum sibi acquisivit, ut Principibus Hebræis adscribi mereretur. Negari tamen nequit, eum ingenio suo indulgisse atque studium Cabalisticum, secus quam par fuit, pressisse. Vid. M. Joh. Erdmanni Daschitzky *Discurs. Acad. de Arte Inveniendi*, Witteb. 1699. §. XI, ac Th. Pope Blount in *Censura Celebrior. Authorum*. p. 350. seq. Idem Blount l. c. ex Boissardo scribit, Eum exacte tenuisse Linguas, Græcam, Latinam, Hebræam, Chaldaicam & Arabicam. Cui suffragatur Henricus Wharton in *Appendice ad Hist. Liter. Cave*. p. 172. varia de notitia linguarum & incredibili Cabalæ amore suggerens: *Accurate linguarum Græcæ & Latinæ notitiæ Hebræam, Chaldaicam & Arabicam adjecerat dialectos, Italia antea ne fama quidem auditas. Romæ publice disputandas proposuit non-gentas quæstiones de rebus Dialecticis, Metaphysicis, & Mathematicis, ex reconditis Latinorum & Græcorum scriniis, per obscura Hebræorum Cabala, & abditissimis veterum Philosophorum mysteriis petitas. -- Profectior ætate factus Mirandulanus ingentem illum disputandi pruritum odio habere cœpit: & misso Philosophiæ, artiumque externarum cultu, castiori Theologiæ totus incubuit; sacros Codices diligenter pervolvitur; versiones Latinam & Græcam cum Hebræicis fontibus sedulo contulit; Christianæ religionis veritatem adversus Judæos & Muhammedanos tutandam suscepit. Adjic. Joh. Jac. Hofmannus in *Lex. Univ.* T. I. p. 847. T. II. p. 168. Græfius l. c.*

§. 17. Num Jacobus I. Britannia Rex, & qui seculo XIII. inclaruit atque Lutetiæ Doctoratus Theologici Insignia reportavit, Johannes Megapolitanus, in eundem censum refe-

referendus sit, anxii hæremus, & quid affirmandum sic
 subdubitare incipimus. De illo verba Gerh. Joh. Vossii
 quæ in *Epist. ad Carolum Regem Aristarcho Grammatico præfixa*
 ap. Celeberr. D. Joh. Fechtium in *Dissert. de Nobilitate stu-*
dii Theologici §. 29, & in *Vossianarum Epistol. P. I. p. 19.* leguntur,
 afferre placet: *Non tam de genere vel Imperio Jacobi nunc ser-*
mo est nobis, quam doctrina, cujus partium alii singulas, unus ille
hauserat universas. Peritiam dico linguarum, profam versamque
facundiam, naturæ prudentiaque disciplinas, historiam Ecclesiæ
& civilem, cæterasq; literas, divinas & humanas. De hoc rela-
 tum legimus, quod viginti annorum spatio sacris literis
 incubuerit, atq; Doctrinam cœlestem tam exacte didice-
 rit, ut in Doctorum Theologiæ ordinem fuerit cooptatus,
 Vid. Dav. Chytræi *Chron. Saxon. p. 84.* Herm. Kirchnerus in
Orat. Vol. II, p. 66. Lansius *l. c. p. 42.* Fechtius *l. c. §. 23.* Becm.
de cognominibus Principum. p. 13. Ast num exinde firmiter
 demonstrari possit, hos Principes Orientalis Eruditionis
 cultores fuisse, aliorum censuram audire modeste expe-
 ctamus. Sane quod *Principem Megapolitanum* attinet, vix
 in eam sententiam adduci patiemur, ut affirmantibus
 subscribamus, si præprimis observatum fuerit, demor-
 tuo Hieronymo, ante Reuchlini tempora linguam He-
 braicam propemodum neglectam ac sepultam fuisse,
 prout Excellent. Majus in *Vita Reuchlini p. 142, 164.* notavit.
 De ipso vero magno *Britannia Rege* videtur adhuc tutius
 affirmari posse, illum literis quoq; Hebraicis fuisse im-
 butum. Vixit enim ea ætate, qua pristinus nitor literis O-
 rientalibus restitutus est, & viri docti magis adhuc Prin-
 cipibus grati fuerunt & accepti. Ut de admirandis inge-
 nii dotibus, quibus Rex Inclytus abundavit, nihil com-
 memo-

memoremus. Hæc enim in laudem ejus Jacobus Montacutius, Episcopus Vintoniensis, in supra cit. *præfat.*: *consignavit: Cur rem novam & inusitatam censebimus, si Rex noster Serenissimus, quem Deus Opt. Max. eximiis adeo naturæ dotibus, incredibiliq; ac divina quadam mentis acie beavit (ita ut literatissimus mihiq; amicissimus Dominus Petrus Junius à Scaton, Eques Serenissimæ Majestati suæ olim à studiis & legationibus, nunc vero à Consiliis & eleemosynis in Regno Scotia, non immerito Isodidaxov vocare soleat) ex uberrimo eruditionis suæ fonte pauculos hosce rivulos mundo indulgeat? Et quia libros nonnullos edidit, quos inter & Commentariolos in quædam Scripturæ sanctioris capita referimus, ceu in *Dissertat. Historico-Theol. de Principe Amante Biblia*, dicturi sumus, inde *Regum Doctissimus* audire cœpit. Leg. Jacobus Wilhelmus Im Hoff in *Magnæ Britannia Histor. Genealog. P. I. cap. VIII. p. 55.* Succurrit adhuc alius, Johannes Adolphus, Princeps Holsatiæ Lineæ Gottorpiensis, Reformatæ Religionis addictus, qui, ut ex *Cypræi Annalibus Episcop. Slesvic. Joh. Mollerus in Isagoge ad Histor. Chersonesi Cimbricæ, Cap. XIII. p. 198.* refert, *Literatissimus, atq; in omnibus Linguis ac Scientiis versatissimus* vocatur. Si ergo omnium linguarum habuit notitiam, quidni etiam Hebrææ? Sed de hoc argumento fusius dubio proculaget laudatus Mollerus in *Cimbria Literata*, jam diu promissa.*

§. 18. Ex infirmiori Principum sexu nonnullæ Orientalem Eruditionem magni æstimarunt aut excoluerunt, quas ordine nunc recensere propositum est. Id vero dum aggredi sustinemus, monendum est breviter, nobis de fœminis à civium vel nobilium sanguine cretis & hebraice doctis, quarum numerum sine numero inire possemus, (a)

D

in

(a) Conferantur Scriptores, qui fœminarum eruditarum catalogum texuerunt, atque nobis ad manus fuerunt, ut M. Johannes Sauer-

inpraesentiarum non esse sermonem, sed tantum de ipsis Principibus.

§. 19. Primo de *Zenobia Regis Ptolomaei Filiae ac Palmire-
norum Reginae*, Eruditione, quam sibi ex orientali Lite-
ratura paravit, pauca praemittenda sunt. Ita vero D. Jo-
hannes Esbergius, *Græcæ Linguae in Acad. Upsal. Pro-
fessor*, in *pec. scripto*, quod *Mulieres Philosophantes Upsaliae 1699.*
breviter adumbravit, eam commendat: *Hæc linguarum pe-
ritissima, præterquam quod Græcorum & Latinorum Historiam
optime perdidicerat, Orientalis ita fuit gnara, ut eam suo stylo usui
posteriorum incompendium redegerit ipsa.* Add. Joh. Paschius
in *Gynæceo docto.* & M. Joh. Jac: *Hägler de Fæminis Fortitudi-
ne sagata claris*, Lips. 1695. Cap. III. §. 61.

§. 20. Cui addimus *Johannam Grajam*, Ducis Suffolciæ
Filiam, cujus peritiam in Latina & Græca lingua miris
modis

brey (hodie SS. Theol. Doctor & Pastor Ecclesiæ Prædicat. a-
pud Erffurtanos) in *duabus dissert. de Fæminarum Eruditione
Lips. 1671.* M. Joh. Paschius, in *Gynæceo Docto Witteb. 1686.* M.
Christianus Junckerus in *centuria Fæminarum Eruditarum* passim,
Hebræa literatura conspicuas mulieres describentes. Laudatus Jun-
ckerus *l. c. p. 84.* mentionem injicit doctæ *Wagenfeiliae*, quæ con-
stituit evulgare Biblia Lutheri Germanica & quidem Rabbinicis lite-
ris, quo Judæorum libri, difficiliore alia lectu, eo faciliores reddi
possent. *Ægidius Menagius in Historia Mulierum Philosopharum
p. 27.* commemorat *Heloisam*, Petri Abælardi uxorem, ob litera-
rum Hebræarum notitiam oppido celebrem, utitur vero Francisci
Ambrosii è *Præfat. Apolog.* verbis: *Psalmos personare ab incunabu-
lis docta: Clarum sui sexus sidus & ornamentum, tres illas linguas,
nec non Mathesin, Philosophiam, & Theologiam, a viro suo edocta,
illo solo minor fuit.* E Limnæo adducit Dn. D. Joh. Frid. Maye-
rus, Theologus Hamb. celeberrimus, in *Miscell. de Doctoratu The-
ologico Kilon. 1699.* *Isabellam Losam Corduensem*, quæ, pergnara
Linguae Latinæ, Græcæ atque Hebraicæ, ad doctoris Gradum in
Theologia raro & inusitato prorsus exemplo evecta fuit.

modis deprædicant Scriptores. Sed neque Hebraicæ expertus fuit, quemadmodum Anonymus quidam, qui se *Johannem Frauen Lob* nominat, in *pec. scripto Germanico A. 1631. sine mentione loci impresso, Die lobwürdige Gesellschaft der Gelehrten Weiber p. 19 refert: Des Hertzogen von Suffolz in Engelland Tochter ist von jugend auf in guten Künsten und Sprachen alsounerwiesen worden, daß sie Griechisch, Lateinisch, ja Hebræisch wohl und fertig reden und schreiben gekunt. Hinc cum ad mortem duceretur, Deo gratias egisse dicitur, quod trium linguarum, quas Eruditorum vocant, notitiam habuerit, ceu ex Schurmanniæ Testimonio confirmat Joh. Paschius in *Gynæceo Docto. Add. Junckerus l. c. p. 132. sq.**

§. 21. E domo Anhaltina felici matrimonio in Saxoniam pervenit, *Dorothea Maria, Joachimi Ernesti filia & Johannis, Ducis Saxo-Vinariensis, Conjux ac relicta vidua, quæ nec hebraicas aspernata est literas. Autorem ejus rei habemus Virum clarissimum atque in perquirendis monumentis Domus Saxonicæ solertissimum, Job. Sebastianum Müllerum, cujus verba ex Annal. Saxon. haud ita pridem editis p. 311. afferre haud erit dividia. Durch diese neue Lehrart hat diese Fürstin in der Hebræischen Sprache, wozu Selbige sonderliche Beliebung getragen, und vorhero keinen Buchstaben gekennet, es so weit in gar kurtzer zeit, mit Hülffe des damaligen Hoffpredigers, M. Johann Kromayers, gebracht, daß sie einen Spruch, welcher es seyn wolte, wenn sie in deutschen das Capitel und den Vers gewußt, in der Hebræischen Bibel aufsuchen und finden, auch zuletzt ein und ander Capitel des ersten Buchs Mosis, wenn es Ihr ein oder zweymal fürgesagt worden, das drittemal mit lesen und verdeutschen selbst nachmachen können. Miramur itaque Wolffg. Heiderum in Oration Volum. I. Orat. IX. in obitum hujus Principis dicta, cum reliquas laudis partes enumerasset, hujus tamen penitus fuisse oblitum.*

§. 22. Laudavimus supra §. 9. notitiam Orientalis Linguae in Ludovico, Principe Anhaltino, sed ecce! nec conjugii eius celsissimae defuit istius Linguae scientia. Fuit illa *Amœna Amelia Dn. Arnoldi, Comitis Bentheimensis Filia*, de qua Marcus Frid. Wendelinus apud supra adductum Saggittarium in *Historia Principum Anhaltinorum* p. 203. sequentia tradit. *Amatus (fuit) à Principe præter vernaculam trium linguarum, Hebraicæ, Italicæ, & Gallicæ perita, religiosissima, in subditos clementissima, iisq; desideratissima. Et p. 215. Fecit jacturam Principis doctissime, quippe præter vernaculam trium linguarum perita fuit, Hebraicæ, Italicæ & Gallicæ, adeoq; doctissimo Principe dignissima; à quo profundis gemitibus & patheticis Threnodiis, quæ ipsius exaratæ manibus adhuc extant, ei est parentatum. Habuit vero ParConjugum Celsissimorum Filiam Loysam Amœnam, identidem hujus literaturæ gnarâ, ita ut Ebraicæ potuerit loqui. Quapropter in ejus laudem Poëta haud ignobilis, Joh. Isacius Pontanus l. 3. Poëmat. p. 83. apud Græfium l. c. ita cecinit:*

Dum fonte Ebræo verba deprimit sacro

Et sensarecta mystico evolvit libro & c.

Haud levis itaque miratio nos subit, quare hæc à Wendelino, qui tamen plenis buccis Ludovici deprædicavit laudes, fuerint prætermissa. Nonnulla, quæ ad eruditionem ejus spectant, recensuit Autor Anonymus. *Frauenlob* l. c. p. 22. sed Hebraicæ non meminit. *Ein fürstliches Fräulein von Anhalt Loysa Amœna ist in der Lateinischen und Französischen Sprache gelehrt und wohl erfahren gewesen, wie sie denn ihre Geschicklichkeit gnugsam bewiesen an des Herrn Molinei Büchlein Heraclitus genant, welches sie aus der Französischen Sprache in schön zierlich deutsch transferirt hat, so nachmals in Druck ausgegangen ist. Addatur Opitius in Poëmat.*

§. 23. Superest adhuc Serenissimi Hassiæ Langravii, Geor-
gii

gii Filia, *Anna Sophia*, Capituli *Quedlinburgensis Abbatis-*
sa, quæ non solum in *Scripturæ S. & Patrum Lectio-*
ne fuit versatissima, sed etiam *Linguarum orientalium*
ac occidentalium notitia imbuta omnes in sui admiratio-

§. 24. Hisce enumeratis superaddimus duas Principes
Gente Gallas, è *Pauli Colonesii Gallia Orientali*, quarum
una est Anna Rohania, Princeps, altera vero *Domina de Gui-*
mene. *Utramq;* verbis *Colonesii* describere vacat. Ita vero
 de illa p. 165. loquitur: *Hanc illustrissimam & sapientissimam*
Principem Hebraicis literis haud leviter fuisse tinctam testis fuit
αὐτόπτης Rev. Parens, dum *Parisiis* degeret; quotiescunq; enim
ipsam adiret, Vet. Test. caput aliquod Hebraice legentem invenie-
bat, & quod mirere, ne in *Ecclesia* quidem hocce studium deseruit,
 cum etiam illic, dum *Hymni Davidici* decantarentur, ipsa inte-

rim Hebraico idiomate psalleret, nam, ut rectissime dixit aliquis,
Non vox sed votum, non chordula Musica, sed cor,
Non clamans, sed amans cantat in aure Dei.

De hac vero p. 261. sequentia tradit: *Lutetia* apud *D. Hardy*
hujus Principis Horas (ut vocant) vidi Hebraice & Gallice excu-
sas; unde colligo ipsam fuisse Hebraici idiomatis haud ignaram.

§. 25. Probavimus itaque *Principes Hebraice Doctos* re-
 periri, quorum studio & labore *Musis* hisce elegantiori-
 bus haud contemnendus accessit splendor. Nunc vero,
 hac occasione haud incongrue disquiri posset, *num Prin-*
cipem Hebraicarum literarum scientia deceat? Si dicendum,
 quod res est, arbitramur, *variarum linguarum notitiam*
 cum in audiendis legationibus, tum nonnunquam in
 colloquiis publicis, Principibus esse perquam necessari-
 am, hinc in *Aurea Bulla Tit. XXX.* lege cautum fuit, ut *Filii E-*
lectorum ad linguas diversas addiscendas adducerentur
Cum Sacri Romani Celsitudo Imperii diversarum nationum, mo-

ribus, vita & idiomate distinctarum, leges habeat, & gubernacula moderari, dignum est, & cunctorum sapientum iudicio censetur expediens, quod Electores Principes ipsius Imperii columna & latra, diversorum idiomatum & Linguarum differentiis instruantur, ut plures intelligant, & intelligantur à pluribus, qui plurimorum necessitatibus revelandis Casaræ sublimitati assistunt, in partem sollicitudinis constituti. Vid. ad hunc Textum supra adductus Becmannus in *Dissert. de Jure Idiomatis Cap. I. §. 6. p. 11.* varia ex Juris Publici scriptoribus in medium afferens, nec non Casp. Sagittarius in *Exercit. I. ad Justinum, Helmst. 1665. §. 1.* ac D. Petrus Müllerus in *Præfidiis Domus Illustris, Cap. I. Pos. VI. p. 10. sq.* Ea tamen cautela opus esse monemus, ut istæ præprimis linguæ, quarum usus vel maxime obtinet, reliquis anteferantur. Non nisi ea censentur discenda Linguæ, quarum crebrior usus apud subditos & vicinos est, eleganter scribit Theologus atq; Philosophus ille celeberrimus, Frid. Rappoltus, in *Dissert. Politica de Principe docto, Lips. 666. Axiom. II. §. 3.* Hinc conjectu erit facillimum, num Princeps ad Linguam Hebraicam addiscendam sit compellendus. Quia vero Lipsii monitum, quod *Lib. I. Polit. c. 10.* extat, sequi volumus; *Quarum (artium) aliæ ad splendorem, aliæ ad Prudentiam, aliæ ad virtutem faciunt;* Ideoq; & ingenue pronunciamus, Linguam Hebraicam, si illam præter reliquas quoq; Princeps calleat, facere vel maxime ad splendorem & decus haud exiguum Ipsi conciliandum, non vero absolute necessariam esse, ut in illa imbibenda tempus, publicis negotiis destinatum, consumat: Hac igitur ratione factum esse credimus, quod Imperatori nostro Augustissimo, Leopoldo (cujus armis pro salute Imperii iterum susceptis, alma benedicat gratia) qui olim Norimbergæ in Bibliotheca publica cum *Job. Mich. Dilberro*, sermones perquam clementer miscuit, dis-

sua-

suasum fuerit, ne animum addiscendas literas Hebraicas appelleret (β) Verum, si Princeps ingenium nactus esset docile, & interno impetu ad studia linguæ sanctæ ferretur, nec res publica quiddam detrimenti inde caperet, auctores omnino essemus, ut horis subcivivis non nihil temporis sanctis hisce meditationibus in honorem Spiritus S. impenderit, quippe qui lingua hac in Veteris In-

stru-

(β) Placet quædam ex literis germanicis, quas Amicus ad Amicum de illo colloquio Noriberge 1658. instituto exaravit, huc afferre & iisdem dicta nostra illustrare: *Als jüngstbin Ihre Keyserliche Majestät neben den Ertz - Hertzog zu Nürnberg gewesen, haben Sie alte Müntze mit Griechischen Characteren die niemand recht lesen können, mit dahin gebracht, und Herrn Dilherrn gnädigst zu sich beruffen lassen, und bat der Ertz - Hertzog bestellet, daß, wenn Dilherr käme, solte man Ihn aus den geheimsten Kriegs - Rath so dazumal gehalten worden, heraus fordern, welches denn auch geschehen, daß der Ertz - Hertzog aus den Kriegs - Rath gangen, und Ihm die alte Müntze gewiesen, und gefraget, ob Er die Schrift recht lesen könnte: Da bat Dilherr unterthänigst gebeten daß man ihm solche Müntz auf eine Stund oder 3. mit nach Hauß geben wolte, so wolle er sehen daß er es, so viel möglich, prestirte, ist darauf in 3. Stunden wiederkommen, und bat fast alles biß auf ein weniges erfunden, welches der Keyser nebenst dem Ertz - Hertzog allergnädigst empfunden, und ein Buch von allerhand orientalischen Sprachen, welches der Keyser in einer, und der Ertz - Hertzog in der andern Hand offen gehalten, Dilherrn zu lesen und zu erklären dargehalten und als er das fertig gelistet, bat der Keyser gefraget: Gibt es noch mehr unter euch so gelehrte Leute? Darauf Dilherr geantwortet: Er erkenne sich für den geringsten einer unter den Gelehrten, die bey uns zufinden. Darauf denn der Keyser wieder gefraget, wie lange zeit er hätte müssen zubringen, ehe er das hätte gelernet, welches Dilherr also beantwortet, daß so man die Linguas Orientales gründlich lernen solte, hierzu eine geraume Zeit erfordert werde, aber doch könnte man das Ebraische, daß wer es lesen, exponiren und resolviren möchte, einem der darzu Lust hätte in 24. Stunden*

strumenti libris Canonicis conscribendis usus est, atque singularem ædificationem & utilitatem è lectione fontium Scripturæ sacræ percipiendam, locare ac tribuere haud intermitteret. Hoc, si recte conjicimus, procul omni dubio permovit Principes à nobis, opella hac commemoratos, ut sanctis hisce deliciis animum suum recrearent, nominisque sui famam ad posteros mitterent, aliisque exemplo essent, quo vestigia ipsorum premerent. Isthac tamen in re audiendum esse consilium censemus, quod olim magni ob pietatem non simulatam nominis Theologus, Joh. Arndius, Joh. Gerhardo, Wittebergæ studiorum gratia degenti, paterne suggestit, atq; in *Dialog. Menstr. Ao. 1690, p. 623.* amicissimi nostri Tentzellii, hunc in modum legitur: *Hebrææ linguæ cognitionem tibi commendo: Sed vide, ne nimis scrupulosus sis in illa lingua.* Quod si enim Princeps admodum scrupulosus fieri, atq; Philologorum, & reliquorum, qui in scripturam sacr. hodierno præsertim tempore, commentati sunt, suspecta dogmata, qualia à *Simonio, Is. Vossio, Marco Meibomio & Clerico* aliisque procusa esse constat, amplecti inciperet, verendum sane esset, ne ex abusu Philologiæ atq; Linguæ Hebrææ Heterodoxus nasceretur Princeps (γ) Uno verbo:

Prin-

non quidem continuo sed interrupto ordine beybringen, welches er nicht allein mit unterschiedlicher studiosorum, sondern auch mit eines des Keyserlichen und Reichs-Hoff-Raths Exempel beweisen könnte, als welcher zu Nürnberg zum Ebraischen Lust bekommen, und dasselbe von Jhm in berührten Stunden erlernet. Da hat der Keyser sich zum Ertzhertzog gewendet, und gesaget, wenn wir doch auch etliche Wo. her hier blieben, das Ebraische zu lernen, der Ertz Hertzog aber hat ihm zu gewincket, das Vorhaben wolte ictzo einen Keyser, der mit wichtigen Reichs Sachen geschäftig seyn müste, nicht anstehen.

(γ) Abusum Philologiæ infinita in Theologicis procreare mala ipsa experientia testatur. Dantur equidem viri ad miraculum docti,

Princeps hebraicam literaturam amans sibi dictum esse
putet aureum illud: *Ne quid nimis.*

§. 26. Ad lulum ingenii spectare firmiter nobis per-
suasum est, quod Hispani aliquando tempore Elisabethæ,

E Angliæ

qui de Orientali literatura præclare meriti sunt, sed quia πολλὰ
ἤλαττα Eos nonnunquam seduxerunt, ideo dogmata Scriptu-
ræ sacræ, ejusque autoritati è diametro opposita, protulerunt,
cane angueve pejus vitanda. Conferantur modo Dissertatio-
nes eruditissimæ adversus *Rich. Simonium* ejusque affectas à celeberrimo
meritissimoque D. Joh. Henrico Majo scriptæ, nec non E-
jusdem *Introductio ad Studium Philologicum &c.* in qua de Clerico &
Meibomio modeste sententiam dixit. Et laude digna est opera il-
la, quam præclarissimus Theologus Argentoratensis D. Joh. Joa-
chimus Zentgravius, quem Deus omni ex parte felicem esse jubeat!
insumit in *Vindiciis incorrupti Codicis Hebraei contra Marcum Mei-
bomium Batavum* adstruendis, quarum prima dissertatio Argen-
torati 1700. prodiit, reliquæ autem adhuc avide desiderantur.
Quod si enim ipsi (verba doctissimi Censoris è *disp. all. p. 3.* ad-
scribimus) fides foret habenda, verbum DEI in univèrsam omni de-
stitueretur certitudine. Hebraeam sinceritatem, integritatem, in codi-
cibus nostris nullam esse, à corruptione, sicut ceteros libros, nullatenus
fuisse immunes sacros constanter affirmat. Majorem facit vigs-
lantiam fuisse Dei in custodiendis reliquis profanorum auctorum li-
bris, quam in sacris; omnem enim versiculum fere rectiorem se osten-
surum, promittit. Rogamus ergo Theologum Venerandum, ut
hisce lucubrationibus ut & reliquis, quas ad *Textulliani librum de
lapsu ad Montanistas* & quarum *specimen* 1700. edidit, in se sus-
cepit, finem imponat atque ingenuos rerum sacrarum cultores de-
siderii sui reddat compotes. Sane, nec hac ratione votum illud
Summe Reverendi ac celeberrimi D. Joh. Diecmanni, quod in
Notis ad concion. Eucharist. ob victoriam adversus Moscovitas nu-
per partam in *Ps. XXI. v. 8. A. 1701.* habitam p. 35. irritum fo-
ret, quod his verbis conceptum legitur: *Excitabit, spero, Deus
cordatos integritatis fontium sacrarum vindices, qui immanes istos
ungues Criticos majori licentia in verbum divinum, quam nemo*

Angliæ Reginae fuerint admoniti, ut *Hebraice* loquerentur, quia Rex Hispaniæ esset Rex Hierosolymorum. Leg. Clarissimus Becmannus *de Jure Idiomaticis Cap. I. § 30. p. 32.*

§. 27. Quamvis autem nostris temporibus in idioma-
te Hebræo nostri non sint versati Principes, ad Reipubli-
cæ gubernacula admoti, Eorum tamen curam debita ve-
neratione profequi decet, qua volunt jubentque ut Lin-
guæ Orientales in Scholis & Academiis publice tradan-
tur. Quemadmodum in Concilio Viennensi à *Clemente V.*
sancitum esse memoriæ proditum legimus, ut Scholæ
Linguæ Hebraicæ, Arabicæ & Chaldaicæ in Parisiensi, O-
xonienfi & Salamantino studiis erigerentur. Becmannus
l. c. §. 4. p. 6. 7. Nec vili pendenda sunt, quæ de Maximiliano I.
Imperatore Joh. Cuspinianus *p. 603.* refert: *Ejus ductu lite-
ræ Hebraicæ, Græcæ & Latinæ, elegantiores quoque discipline, qua-
si in Germania primum ortæ sunt, ac paulatim succreverunt, &
tandem vi ac impetu quodam eruperunt. Quia bona studia fovit,
litteratos amavit, evexitque ac præmia digna largitus est. Et quod
adhuc in Academiis diversis LL. Orientalium doctores
constituantur, inusitata doctrina præditi atque ad invidi-
am usque in hoc studiorum genere versati, sane Principum
debemus curæ atque voluntati.* Academia Jenensis Joh.

Andr.

*mortalium unquam in scriptores profanos, etiam sordidissimos, au-
sus est, grassantes homini præcidant. Et jam ipsum est octennium,
cum utilissimi hujus laboris insigne specimen, Vir Cl. quem in Ami-
cis numero, Dn. Brandanus Henricus Gebhardi, Regius in Acade-
mia Gryphica Linguae S. Professor, in disquisit. de Metro Meibom.
exhiberet. Nec à re alienum erit, accuratum Discurs. Academ.
Præceptoris nostri post fata desideratissimi, D. Valentini Alberti,
in Acad. Lips. 1688. de Heterodoxo ex Abusu Philosophiæ & Philo-
logiæ Nato, propositum, & M. Joh. Uppendorffs Annua Philo-
logicum contra abusum Philologiæ S. Hebrææ in Theologia Polemi-
ca, Kilon. 1671. consuluisse.*

Andr. Danzium habet, hoc tempore sceptrā Academiae tenentem, *Aldorffensis Wagenfeilium* celebrat, *Gießena Majum* extollit, *Kiloniensis Dassovium* amat, *Gryphico Pomerana Gebbardum* tenet, atq; *Helmstadiensis Hardtio suo*, jam Pro Rectoratus Dignitate conspicuo, gloriatur, ut de cæteris, quorum merita nulla unquam delebit oblivio, nihil commemoremus. Conferri meretur *M. Adami Berndii Dissert. Histor. de Statu Linguae Sanctæ ab O. C. ad nostram usq; ætatem. Lips. 1701.* Addimus votum *B. Joh. Frischmuthii*, quod in *Dissert. Epistolica ad incomparabilem Virum, B. Joh. Ben. Carpzovium 1686. scripta*, concepit p. 17. sq. Bene sit ergo *Serenissime Domui Saxonice*, aliisq; *Protestantium* statibus laudatissimis, qui etiamnum in id maxime laudabiliter incumbunt, ut in *Academiis sacrarum Linguarum Professorum* continua sit successio, qui *Juventutem* subinde erudiant, *Ecclēsiam* ita ædificent, *veritatem Scripturæ* condignis modis tradant, & *contra hostes* mascule propugnent.

§. 28. In adornandis Principum Bibliothecis cura haud exigua quosdam cepit, ut libros Orientales ex variis terræ regionibus conquirerent, easq; iisdem locupletarent. Sic *Thomas Erpenius*, *Oratione altera de Lingua Arabica ap. Conringium de Bibliotheca Augusta p. 42.* narrat: *Regis Marocani Bibliothecam Arabicam, constantem septem mille & octingentis libris, in Hispaniam improbe auctam, & in Regis Bibliothecam translata esse.* Idem de aliis Bibliothecis ap. *Conringium l. c. p. 56.* testatur, quem admodum etiam p. 60. eruditissimus *Conringius* de Bibliotheca Augusta memorat, quod libris Arabicis, & qui Eruditionem Orientalem illustrent, abundet, & quam plurimas superet. De *Georgio Villiers, Duce, Marchione & Comite Buckinghamia, & Acad. Cantabrigiensi Cancellario*, sequentia habet *Gerh. Joh. Vossius in Epistol. P. I. p. 12.* quæ, ut de Herois hujus amore, quo lite-

ras Orientales exceperit, constare possit, huc afferre constituimus: Periculum erat, ne, Reip. literariae damno, misere dispergerentur Linguarum Orientalium codices; quos summus vir, & amicissimus Collega meus Thomas Erpenius ὁ μακροβίτης, ex Oriente, Africa, terris aliis, tot annis, maximis periculis, & impensis congeffisset. Vix illud cognoras, cum ecce, Celsitudinis tuae jussu, ac liberalitate summa, nobilis Bibliotheca, publico, ac imprimis Cantabrigiensis Academiae bono, quasi ab orco redimitur.

§. 29. Nec desunt Principibus Consiliarii, atq; viri Eruditissimi qui Orientalibus literis justum pretium statuere didicerunt, quorum crebra mentio facta est in Græfii *Politico Orientali*, semel atq; iterum à nobis adducto. Nostro tempore adhuc floret, (utinam diutissime! ceu singulianimitus vovent) *Jobus Ludolphus*, Consiliarius Cæsareus & Saxonicus, qui immortalem nominis famam edita *Historia Æthiopica* sibi peperit, atque spem de se in primis juventutis annis conceptam omni ex parte adimplevit, ac superavit. Merentur enim adscribi verba quæ D. Bartholomæus Elsnerus, SS. Theol. & LL. Orientalium in Academia Erfurtensi Prof. ac Ministerii Evangelici Senior multo gravissimus, in *Dissert. praelim. in Psalm. I. A. 1645.* in laudem celeberrimi *Ludolphi* atq; *Job. Ernesti Gerhardi* τῆς οὐν ἐν ἀγίοις consignavit: Interea temporis quanta delectatione & tacita voluptate affectus fuerim è profectu ac progressu quorundam studiosorum in hac lingua industriosissimorum, præsertim vero in illustri Athenæo Jenensi Dn. M. *Job. Ernesti Gerhardi*, ob pulchra edita specimina, & è nostratibus præclarissime expectationis Juvenis, *Jobi Ludolphi*, cujus facta præstita in hac lingua etiamnum occurrunt animo & raemoria, illis constat, qui mecum conversantur. Idem *Ludolphus* filiam habet, ingens sexu sui ornamentum, quæ linguæ Ebraicæ oppido gnara est, atque inter eruditas Germaniæ Virgines suum quoque tueretur locum. Vid. *Junckerus l.c. p. 53.* §. o.

§. 30. Sed misſis *Principibus ad Scholas* triviales accedimus, inque iisdem Hebraicam Linguam docendam & tradendam eſſe, communi ſuffragio ab eruditis huc uſq; obſervatum eſſe probe monemus. Non jam dicere attinet de Syriaca, Chaldaica & Arabica, ac reliquis ex Oriente divitiis, has enim Gymnaſiis & ſcholis majoribus reſervandas eſſe judicamus, ſed Hebraicam, utiliſſimam illam urgemus, ejuſq; fundamenta haud negligenda eſſe ſvademus. Si ad *Academias reiicitur*, verba ſunt Chr. Cellarii, è *Programm. p. 138.* & aliqua ex parte noſtra, *periculum eſt, ne juvenes gravioribus ſtudiis adſueti tergiverſentur elementa diſcere, & horum ignoratione utiliſſimas literas prætermittant.* His diligenter expenſis recte ac laudabiliter fecerunt Majores prudentes, quod has literas in ſcholis diſcendas eſſe publice decreto ſanciverint. Et ut de *Schola Annæmontana*, utpote cujuſ cura ad nos pariter ſpectat, primum incipiamus, A. M. D. LXXVI, primus eandem Linguam in iſta docuit meritiffimus ille Eccleſiæ hujus Paſtor ac Superintendens *M. Johannes Schützius*, Theologus exercitiſſimus, & Martyriſ titulo à Polycarpo Lyſero cohoneſtatus, ſed vix annus præteriit, cum ad Academiam Wittebergenſem evocaretur. Vid. *Molleri Theatrum Chronicon Freiberg. p. 260. ſq.* atque *Jeniſchii Annales Annæb. p. 38. b.* Interjecto deinde tempore complures extiterunt è Reſtorum numero, qui operam ſuam in tradendis hiſ literis locarunt, è quorum numero Philologum longe præſtantiffimum, *M. Johannem Crauſium, Thuma-Mſnicum*, adducimus, quorum lucubrationes Academicæ atq; Scholaſticæ Eruditorum meruerunt applauſum, (d) atque

E 3

ſcien-

(d) Nonnullas earum, quæ in manus noſtras inciderunt, annotare volupe eſt, ne neſcii ſint noſtri, Scholam, quam frequentant, Annæbergenſem viris doctiffimis fuiſſe gavifam. Edidit autem *Crauſius* doctiffimus ac longioribus annis digniffimus in Acad.

Scientiam Viri in rebus Orientalibus valde eximiam satis manifeste declarant.

§. 31. In vicina *Freiberga*, nobilissima Hermundurorum civitate Gymnasium tulit Doctores Hebraice doctos, *Johannem Avenarium, M. Samuelem Fauchium, Hevicum Garthium*, Theologos & Pastores Ecclesiae, qui prima literarum elementa, addita nonnumquam Psalmorum Analyfi, perspicue utiliterq; monstrarunt. Quibus deinde successit *M. Andreas Mollerus Pegavia Misnicus*, qui ad Munus Hebraei Lectoris in Gymnasio isthoc subeundum vocatus est, atq; Hebraicam nec non reliquas Orientales magno cum applausu docuit. Leg. *Mollerii Theatr. Chron. Freiberg. p. 245. 298. 308. Ejusq; Annales p. 292.* Nec interjecto tempore,

CUM

Jenensi varias dissertationes Philologicas, quae scientiam Ejus Philologico Ebraeam indicant atque in deliciis habentur. Nam disputavit Praeside Celeberrimo *Joh. Frischmuthio LL. SS Profes. Publ.* (cujus Gener quoque postea factus est) de *Sabbato Deuteroproto ad Luc. VII. A. 1662.* Deinde Magisterii gradu ornatus Praesidis munere plus vicesimplici defungi incepit ac varia ex diviti ingenii penu deprompsit meletemata, utpote de *Succoth Benoth Babyloniorum à Salmanassare in districtum Samaritanum deductorum Idolo ad II. Reg. XVII. 30. A. 1664. de Sardanapali Epitaphio, A. 1666. de Potomographia Paradisiaca ex Gen. II. 10. de Josepho & Maria, Salvatoris Parentibus; de Sectionibus in quas priscae Judaei Pentateuchum diviserunt, ac de Paulo Binonimi, ad Act. XIII. 9. A. 1667. Et A. 1668. de Ninive, Amplissima Assyriae Urbe, sermnes academicos habere instituit. Cum Regimini scholae hujus admoveretur *Programmata* aliquot conscripsit, in quibus *Historiam Religionum A. 1671. Enarrationem Judaismi Hodierni A. 1672. nec non Scholae descriptionem & Utilitatem* exhibuit. Eodem anno Scholae huic valedixit atque ad *Rektoratum Arnstadiensem* capeffendum abiit, quo vero defuncto ad idem officii genus *Cizam* vocatus placide ibidem A. 1676. aetat. 36. ann. demortuus est. Conf. *Cellarius in Programmat. p. 2. sqq. & Joh. Sebast. Mitternachtius in Conc. funebri ad Joh. III. 16.**

cum Vir peregregius, quem vel solæ Annotationes in Seldeni libros de Diis Syris scriptæ doctis annumerarunt, *M. Andr. Bayerus*, hodie Ecclesiastes ad D. Nicolai, in illo linguas doceret, clarum esse desit, siquidem ex eo, tanquam ex Equo Trojano, prodierunt juvenes doctissimi & in hebraica literatura versatissimi, qui Præceptoris optimi præclaram diligentiam exquisitis verbis de prædicarunt.

§. 32. Sed neq; *Cygnea* minor aut inferior reliquis esse voluit, quippe quæ in Schola tam Græca, quam Latina Doctoribus haud vulgaris doctrinæ prædita fuit. Equibus *Georgium Agricolam*, *Job. F. ... rum*, & *Johannem Zechendorffium*, Viros vel solo nomine clarissimos, nominamus. De hujus *Zechendorffii* laudibus judicia diversorum Autorum afferre possemus, ni aliunde ista constarent. Unicum ex *Hottingeri*, at quanti Viri! Literis ad *Zechendorffium*, qui *specimen Suratarum, id est Capitum aliquot Alcorani* ediderat, *A. 1651.* datis depromere & afferre constitutum est: *Vir Excellentissime; Specimina Versionis Tux in admirationem me plane rapuerunt. Neq; enim putassem ab homine Germano, Arabum Commentariis destituto, ea sperari posse, quæ Tu præstitisti. Et sane, si cætera, ut non dubito, pari felicitate successerint, magnum operæ pretium fecisti. Vellem tamen, si publici juris fieri deberent, nonnulla monere, quæ lubens nunc transeo.* Et hujus institutioni tribuerunt haud pauci è discipulorum numero, si quid in Arabica & Orientalibus cæteris profecerint. Conf. *M. Tobiaë Schmidii Chronica Cygnea* p. 103. 416. 419. 492. sq. Imo ante *Zechendorffii* tempora nec ipsi Superintendenti *Cygneo* hæc studiorum oblectamenta displicuerunt, videlicet *D. Vito Wolfrumio*, quippe qui Arabicam Linguam impense amare atq; alios docere cœpit, veluti laudatus *Schmidius* *l. c. p. 397.* ejus rei testis est omni exceptio-

ceptione major, & cujus verba uberioris illustrationis causa addere non pigrabimur: *Es ist sonderlich von Ihm zu rühmen, daß er auch in seinem hohen Alter sehr viel auf das Studium Arabicae Linguae gehalten, demselben mit besondern Fleiß nachgesetzt, daß er in kurtzer zeit schöne und liebliche Profectus darinnen erlanget, hat es auch seine delicias zu nennen gemeynet, wie er denn eine Oration in laudem linguae Arabicae, so er Noëtem Cycneam nennet, in der Schulen gehalten, und 1625. in Druck verfertigt, auch andere Pericula Arabica, darinnen er H. Lutberi Dolmetschung der H. Schrift, wieder der Papisten und anderer Calumnien, aus der Hebraischen, Chaldeischen, Syrischen, Arabischen und Griechischen Sprach vertheidiget, und wäre wohl zu wünschen, daß die Erben des seligen H. Doctoris, diese pericula ans Tage-Licht kommen ließen.*

§. 33. Videte ergo, Adolescentes florentissimi, scholas esse seminaria linguarum, ac Hebraicae praesertim, eandemque avide esse addiscendam. Nobilitatem hujus linguae si magno verborum apparatu deprædicare institueremus, verendum certe nobis esset, ne inanem suscepturi essemus operam. Hujus enim usus est amplissimus, & ubivis obvius atque paratus. *Julium Casarem Scaligerum magno & incredibili prorsus impetu in has literas involasse, Autores tradunt, ita ut furente bello in Parisiorum urbe nec Fremitem armorum nec Puerorum gemitum, nec Mulierum ejulatus per tempus sat longum audiverit, testante Dan. Heinsio, & qui ex eo repetiit, M. Adamo Berndio, l. c. §. 34. Eundem ardorem vobis commendamus, quo Principibus, si non Hebraeis, Literas tamen amantibus, commendari possitis.*

§. 34. Sed Praeceptoribus vestris, qui ad sanctam Linguam imbibendam vos manuducunt, animum quoque gratum ac fidelissimae institutionis memorem declaretis quaeso, ne operae susceptae eos unquam poeniteat. Intueamini exemplum soceri nostri desideratissimi, cujus supra §. 7. mentionem fecimus, *M. Christ. Lucii*, qui, cum ipsi in exequiis praelaudati Böhmi verba essent facienda p. 9. sq. haec, grati animi testandi causa, pio ore & calamo protulit: *Unter dieselben zeble ich mich auch nicht unbillig, sage auch hier mit diesem meinem sel. Herrn Praeceptoribus öffentlichen Danck, und gebe Ihm öffentliches Zeugniß, daß er mich in die 5. Jahr zu allem Guten angeführet, und in Lateinischer, Griechischer und Hebraischer Sprachen dermassen gründlich informiret, daß ich hierinnen eines andern Lehrmeisters niemals bedurfft habe. Vestrum itaque est, æquis passibus ad virtutis & Eruditionis viam tendere, & laudis præmia modeste expectare.*

F I N I S.

